

petuo permansure. transferentes exnunc jn eam possessionis jus et proprietatis dominium omnium predictorum, adempta nobis nostrisque heredibus omnj facultate dictam nostram donacionem vlllo numquam [o: umquam] modo juris vel facti seu alio quouis adinuencionis jngenio reuocandi. Sed quia quedam de dictis bonis diuersis et multum jnter se distantibus sunt locis situata, quedam vero minus sollicite constructa pariter et instructa, petimus humiliter et instanter, vt reuerendus pater dominus karolus diuina Miseracione episcopus lyncopensis ea sibi assumere dignetur ad aliquod tempus prout sibi et nobis videbitur. vt per ipsius prouidenciam circumspectam prediis coadunatis, et de obuencionibus ex eis prouenientibus bonis constructis et jnstructis possit extunc prebenda fundari, missis vigiliis et aliis piis operibus honorari et persone ydonee conferri prout postulat ordo juris Jn cuius nostre donacionis seu scotacionis euidentiam plenioram sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini Millesimo tricentecimo quintodecimo.

Allmän öfverskrift. Littere super prebenda canonicali Flydhisby. (beate virginis).

1996.

1315 d. 4 Jan.

Calmar.

KNUT JONSSON, Marsken HÅKAN LÄMA, FILIP INGEVALDSSON och LARS ULFSSON föreskrifva åborna på afledne Johan Engels gods i Sverige, hvilka i arf tillfallit Folke Jonssons arfvingar, att lyda Birger Persson och vid påfordran lemna redovisning inför honom. (Jfr. N. 1999).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum Cernentibus. KANUTUS JONSSON. HAQUINUS dictus LÆMA. Illustris Regis swecie marskalcus. PHILIPPUS INGIUALDI FILIUS. et LAURENCIUS WLPHONIS FILIUS in domino salutem. Quia pro certo comperimus. quod bona omnia. que dominus Johannes angelus dictus. in sua vita possedit swecie ad heredes domini folconis jonsson. iure hereditario fuerint deuoluta. Omnibus et singulis. villicis et colonis in eisdem bonis commorantibus. precipimus firmiter et districte. quatinus discreto domino Býriero pætarsson legifero swecie superioris. de dictis bonis omnimodam obedienciam et reuerenciam faciatis. seu certum et verum racionium requisiti(!), Datum kalmarnie. anno domini. M^o. CCC^o. quintodecimo. Jn Octaua innocencium.

På frånsidan. Mandatum ut omnia bona domini Johannis ængil domíno birgero pætersson assignentur.

Sigillen N:o 1 och 3 borta; N. 2 skadadt, N. 4 fullständigt (adliga).